



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Ad Eumdem, leunte Pontificatûs anno tertio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

A D

CLEMENTEM IX. P. M.

*In funere caſorum Cretenſi bello, ejus juffu
apparatiffimè celebrato in Baſilica
Liberiana.*

DUm fortes lacrimis decoras & honore ſepulchri
Pro Latia extinctos Religionis duces;
Rumpitur invidiâ rupes Tarpeia, ſuperbam
Oppoſito cernens ſurgere colle pyram:
Majoresque dolet quòd nunc deſenſa triumphos
Creta dat Exquiliis, quàm ſibi victa dedit.

A D E U M D E M,

Ineunte Pontificatûs anno tertio.

Tertius ingreditur, populis plaudentibus, annus,
Ex quo Roma tuis oſcula dat pedibus.
Nefcia labis eat, vota inter læta precantum,
Et reſonet feſtis vocibus alma dies.
Neve illam nebulis offundat Creta laborans,
Quæ te curarum maxima diſcruciat.
Comprimet invictis Afiam Vincentius armis;
Inque tuum vertet noſtra pericla decus.
Auspice te magni ponunt odia aſpera Reges;
Et tibi ſe ſubdunt, & focia arma ferunt.
Europa in Cretam ruit omnis, & ultima Turcis
Fata per Ionium, Gallia claſſe vehit.
Moxque ſequens tua ſigna, novo ſub Rege, Polonus,
Arva triumphanti Thracia vertet equo.

Jam

Jam turpem, trans Bactra, fugam parat hostis, & omnis
 Ad nomen trepidat barbara terra tuum.
 Te multum ut timeat, non tam tamen illa timebit,
 Altera pars orbis quàm melioris amat.

A D

CLEMENTEM IX. P. M.

In funere Thomæ Rospigliosi.

Roma gemit, vellenque comam velut orba parente,
 Cum Thoma queritur spes obiisse suas.
 Nos animam egregiam lacrimis, ac thure piamus:
 Dum mors Exquilias polluit atra nives.
 Tu nihil hæc, veluti tua sint, non publica, sentis
 Damna: nec ad tristes ingemis inferias.
 Lumina (credo equidem) stillarent victa: sed illa
 Exhaustis lacrimis Creta redempta tuis.

A D

FRANCISCUM BARBERINUM
 S. R. E. CARDINALEM,
 EPISCOPUM OSTIENSEM,

*Cum in insula Creta esset à nostris
 improspere pugnatum.*

Eheu furori cedere barbaro
 Coacta virtus! Occidit, occidit

K 5

In